

fin. quod leges, quæ dicunt, quod coacta voluntas, voluntas est, procedunt in negotio proprio, non verò in alieno; unde non procedit in acto gesto per administratorem, ut dicit idem Bald. in rubr. *de controvers. investitur.* ad fin. et sic dissimilis est actus coactæ voluntatis in teste ab actu coactionis ipsius partis. An autem debeantur legata ex testamento facto per vim? Vide Bald. in l. 1. C. *si quis aliquem testat. prohib.* col. 2. et quid si non intervenit metus, sed dolus vide per Bald. ibi, col. fin. et infra eod. l. seq.

(5) *Pierda.* Et applicabitur fisco; ut supra l. proxima, et dixi in glossa præcedenti. Si tamen prohibitio, vel coactio fuit in damnum alterius, quem testator instituere volebat, succurritur læso, ut in authent. *ut nulli iudic. cap. et hoc pervenit*, collat. 9. et l. *Lucius*, §. *Sempronia*, D. *de legat.* 2. et per Bart. in l. fin. D. *si quis aliquem testat. prohib.* Bald. in l. 1. col. 2. C. eod. vers. *sed quæro hic*; et vide infra eod. l. 29.

(6) *Rogandole.* Adde etiam l. fin. D. *si quis aliquem testat. prohib.* et C. eod. l. fin. et vide quod notat Gloss. in §. *Item sacramenta*, in verbo *sponte, de pace juram. firmand.* ubi de minore blanditiis illecto per tutorem finita tutela; et adde etiam, quod notat Buld. et Salic. in l. *quidquid*, C. *arbitr. tutel.* Abbas in cap. 2. *de pecul. clericor.* et *Alexand.* in l. *dedi* §. fin. D. *de condit. ob caus.* Sed quid si non per blanditiis, sed per pecuniam se faciat quis hæredem institui? Vide Paul. de Cast. in l. *Titio centum*, §. *filio*, l. D. *de condit. et demonstr.* Sed quid si quis volebat decem relinquere pupillo, et ejus tutor blando sermone attraxit testantem, ut sibi relinqueret? Vide Gloss. in parte *incidisset*, in l. *Titio*, D. *ad municipal.* et vide, quæ dixi in l. 2. tit. 8. infra ead. Partit.

(7) *Cambiar.* Quid si blanditiis, et persuasionibus revocasset primum, et persuadentem institueret? Vide Jason. in l. 1. C. *si quis aliquem testat. prohib.*

(8) *Los hijos.* Adde l. *testamenti*, C. *de inoffic. testam.* et l. 2. §. *fratris*, D. *si quis aliquid testat. prohib.* et Azon. C. eod. in summa.

(9) *Si el padre embargasse.* Facit ad quæstionem, de qua per Bald. in l. *testamenti*, C. *de inoffic. testam.* de filio volente testari, qui prohibitus fuit à matre, et testes examinati dicunt, quod mater filium dicentem, ego volo relinquere bona Titio, coram legitimo testium numero, impedivit, ne per notarium scriberetur, et expulit notarium, et testes, vide ibi per eum.

LEY XXVIII. — Que pena ha el señor del sieruo, a quien alguno ouiesse establecido por su heredero, sil embargo que non faga otro testamento.

Faziendo algund ome su testamento, en que estableciesse por su heredero sieruo (a) de otro, si despues desto quisiesse fazer otro testamento, e el señor (1) del sieruo le fiziesse engaño (2) en alguna manera, o embargo, por que lo non pudiesse fazer; maguer despues desto aforrassse este atal a su sieruo, por que pudiesse heredar (3) los bienes de aquel que lo ouiesse establecido por su heredero, pierde porende aquel que fue sieruo el heredero, por el engaño, o por el embargo que fizo su señor, maguer que el sea sin culpa (4). E estos bienes deuen ser del mas propinco pariente (5) de aquel quel auia fecho su heredero en el testamento; fueras ende si este que lo embargasse, fuesse el mismo el mas propinco pariente (6); ca estonce, non lo auria el, mas deue ser del Rey (b).

(a) Acerca de la esclavitud véase nuestra nota 2.ª a la L. 3, tit. 11, p. 1.

(b) Del Estado, ó lo que es lo mismo de la Hacienda pública.

LEY XXVIII. — Si dominus servi instituti impediatur instituentem suum testamentum mutare, vel aliud facere, licet postea servus manumittatur ante testatoris mortem, non erit hæres, sed propinquior defuncti consanguineus; nisi et ipse impedivit, tunc succedit Rex. Hoc dicit.

(1) *El señor.* Adde l. 1. §. *si dominus*, D. *si quis aliquid testat. prohib.*

(2) *Engaño.* Vides hic, quod dispositiones istæ, et titulus *si quis aliquid testat. prohib.* habent locum in prohibente dolo; vide tamen per Bald. in l. 1. col. fin. vers. *extra quæritur*, C. eod.

(3) *Heredar.* Istud verbum non habetur in dict. l. 1. §. *si dominus*, de qua ista sumpta est; et crederem, quod etsi hoc respectu non manumiserit, idem sit dicendum.

(4) *El sea sin culpa.* Nota hoc verbum, nam facit ad quæstionem Gossæ in l. 2. C. *si quis aliquid testat. prohib.* an coactio, vel dolus tertii compellentis alium instituere, noceat instituto? Communis conclusio contra Glossam ibi, est, quod noceat; solus Jaso ibi limitat communem opinionem procedere, quando talis institutus fuit sciens; aut volens; secus verò, si erat ignorans; volens ita esse de mente Doctorum, sed revera Doctores loquuntur indistinctè, et rationes suæ militant, etiam si sit ignorans; et Jaso fuit in hoc inadvertenter locutus, motus fortè ex l. *non interest*, C. *de his quæ vi, met. caus.* ibi: *sciencie emptore*, non videns, quod ibi suppletur *maximè*, per Gloss. et Doct. confirmatur ista communis opinio sic intellecta per istam legem. Sed cujus erit tali casu hæreditas, an fisci, vel venientium ab intestato? Doct. communiter volunt, quod fisci: et declarat Salic. in dict. l. 1. *si quis aliquid testat. prohib.* ista tamen lex in verbis proximè sequentibus videtur aliud velle: vide quæ dixi in gloss. seq.

(5) *Del mas propinco pariente.* Si referas ad præcedentia, quando servus factus fuit liber, prout debet referri, deciditur hic unus casus, qui non erat decisus jure communi; et destruitur communis opinio, de qua per Bart. in l. fin. col. penult. vers. *quarto casu*, D. *si quis aliquid testat. prohib.* qui voluit, quod quando instituti per coactionem, vel dolum meum, erant in mea potestate tempore prohibitionis, licet non essent tempore aditionis hæreditatis, aufertur ab eis hæreditas, et applicatur fisco: et ut hic vides, deciditur contrarium; et facit ad id, quod dixi in gloss. supra proxima, quando ad compulsionem tertii fuit institutus alius extraneus, ut isto casu hæreditas deferatur venientibus ab intestato propinquieribus, et non fisco, licet Doctor. communiter voluerunt contrarium, ut ibi dixi; cum enim hæreditas sit apud eum, qui nullam coactionem, nec fraudem adhibuit, videtur justa provisio, ut deficiente instituto indignitate, potius venientibus ab intestato, quam fisco deferatur; si vero institutus participaret in coactione, vel fraude per alium adhibita, tunc procederet opinio communis, et ita intelligitur l. 1. C. eod.

(6) *El mas propinco pariente.* Adde glossam finalem in l. 1. in princip. D. *si quis aliquid testat. prohib.*

LEY XXIX. — Como aquel que embarga al que quiere fazer testamento, que non lo faga, deue pechar doblado, lo que fizo perder, a aquellos a quien el testador quiere mandar algo.

Voluntad auiedo algund ome de establecer a otro por heredero en su testamento, o de mandarle alguna cosa en el, si otro tercero lo embargasse por fuerça, o por engaño, que lo non fiziesse; si el embargo, o el engaño podiesse ser prouado, deue aquel que lo fizo, pechar (1) al otro, a quien deue ser fecha la manda, doblado (a) todo aquello, que fizo perder por tal razon como esta.

(a) No se hallan en práctica las penas del duplo.

LEY XXIX. — Dolo, vel aliàs impediens testatorem Titio relinquere, si hoc probetur, solvet ei, quam impedivit, duplicatum, quod ejus prætextu perdidit. Hoc dicit. Concordat cum authent. *ut nulli iudicium*, cap. *et hoc pervenit*.

(1) *Pechor.* Quid si non sit solvendo? Dic, quod tunc læsus revertetur contra fiscum, argum. l. fin. in princip. D. *de eo per quem factum erit*, et l. *planè*, la 2. §. 1. D. *de legat.* 1. et tenet Bart. in l. fin. D. *si quis aliquem testat. prohib.* et videtur hoc intelligendum de interesse, non respectu pœnæ dupli, licet Salic. aliud innuit in dict. l. 1. C. *si quis aliquid testat. prohib.*

LEY XXX. — Que pena merecen aquellos que embargan a los Pelegrinos, e a los Romeros, que non puedan fazer sus testamentos.

Enferman a las vezes los Pelegrinos (1), e los Romeros, andando en sus romerías; de manera, que sin-

tiendose muy cuytados de las enfermedades, han de fazer sus testamentos, et sus mandas: et porque acaescio ya en algunos logares, que aquellos en cuyas casas posauan, los embargauan maliciosamente, que non pudiesen esto fazer, con intencion, que si muriessen, que fincassen en ellos todas las cosas que trayan. Porende defendemos, que ninguno ome de nuestro Señorío (a) non sea osado de fazer tan grand maldad como esta, de los embargar, nin contrallar, en ninguna manera que ser pueda, que non fagan sus testamentos, et sus mandas, en la manera que quisieren. Ante tenemos por bien, e mandamos, que ayan libre poder (2) para fazerlo: et como quier que ellos ordenaren, e establecieren, e mandaren fazer de sus cosas con razon, et con derecho, assi lo otorgamos, et tenemos por bien que vala: et ninguna costumbre mala, o preuillejo, que ouiesse en algund logar contra esto, non gelo pueda embargar. E si alguno contra esto fuere, mandamos, que resciba pena en aquello mismo (3) en que erro; de manera que de alli adelante, testamento, nin manda que fiziesse, non vala en ninguna guisa. E demas desto mandamos, que el Judgador del logar do acaesciere, le faga escarmiento por ello, en el cuerpo, e en el auer, segund entendiere que meresce, catando qual fue el yerro que fizo, e la persona contra quien fue fecho.

(a) Véanse nuestras notas última a la L. 7, tit. 1, y 4.ª y 2.ª a la L. 11, tit. 13, p. 2.

LEY XXX. — Peregrini liberam habent testamenti factionem, consuetudine contraria non obstante, et eos testari impediens efficitur intestabilis, et est puniendus in eo, in quo delinquit; insuper arbitrio iudicis corporaliter punietur. Hoc dicit.

(1) *Pelegrinos.* Non sumas, nec intelligas hoc de peregrinis, prout sumitur in authent. *ut different. iudic.* in princ. collat. 6. et ibi notat Bartol. sed de peregrinis, qui causa devotionis peregrinantur; quod patet hic, cum dicit: *e los Romeros, etc.* et ita etiam intelligit Angel. et Paul. de Cast. in authent. *omnes peregrini*, C. *commun. de success.*

(2) *Libre poder.* Ex isto verbo, quod etiam ponitur in dict. authent. *omnes peregrini*, C. *commun. de success.* dicebat ibi Angel. quod per hoc verbum videtur tolli omnis solemnitas juris civilis circa testamenta peregrinorum, et quod tenebunt eorum testamenta cum duobus testibus tantum, ut et dixi supra eod. l. 4. Crederem tamen istud dictum procedere, quando plures testes haberi non possent, alias servanda esset dispositio legis Ordinamenti. Nota tamen in practica benè dictum Angeli.

(3) *Mismo.* Punitur quis in eo, in quo delinquit, ut in dict. authent. *omnes peregrini*, sic et torquetur quis in eo, in quo peccavit, ut tradit beatus Gregor. 24. lib. *Moral.* cap. 4. Glos. in §. *item mutus*, *Institut. quib. non est permiss. facer. testam.*

LEY XXXI. — Como deuen ser puestos en recabdo los bienes de los Romeros, e de los Pelegrinos quando mueren sin manda.

Muriendo algun Peligrino, o Romero sin testamento, o sin manda, en casa de algund Alberguero, aquel en cuya casa muriere, deue llamar omes buenos de aquel logar, e mostrarles todas las cosas que trae; e ellos estando delante, deuelas fazer escreuir, non encubriendo ninguna cosa dello, nin tomando para si, nin para otro; fueras ende aquello que deuiere auer con derecho por su ostalage, o sil ouiesse vendido algo para su vianda. E porque las cosas dellos sean mejor guardadas, mandamos que todo quanto les fallaren, sea dado en guar-

da (1) al Obispo del logar, o a su Vicario; e el embie a dezir (2) por su carta aquel logar onde el finado era, que aquellos que con derecho pudieren mostrar que deuen ser sus herederos, que vengan, o embien vno dellos con carta de personería de los otros, e que gelo daran. E si tal ome viniere, e se mostrare segund derecho, que es su heredero, deuenlo todo dar. E si por auentura tal heredero non viniere, o non pudiesen saber (3) onde era el finado, deuenlo todo dar, e despende en obras de piedad (4), alli do entendieren que mejor lo podran fazer. E si algun Ostalero contra esto fiziesse, tomando, o encubriendo alguna cosa, mandamos, que lo peche tres doblado, todo quanto tomare, e encubriere; e que faga dello el Obispo, o su Vicario, assi como sobredicho es (a).

(a) Hoy deberá observarse la L. 3, tit. 24, lib. 4 del F. R., que es la L. 5, tit. 3, lib. 1 de la N. R.

LEY XXXI. — Caupo, seu stabularius, ubi peregrinus sine testamento moritur, ejus bona coram bonis hominibus ostendat, et rescribat, et dentur Episcopo diocesano, vel ejus Vicario, qui scribat consanguineis successuris, ut veniant, vel mittant pro bonis, et eis mittentibus tradat ea. Si verò non mittant, nec scitur, nec appareat, si habent hæredes, ejus bona Episcopi arbitrio in pia opera convertantur: cauponem contra facientem in triplum ejus, quod occultavit puniant, et istud triplum, et alia bona distribuantur pro ejus anima. Hoc dicit.

(1) *Sea dado en guarda.* Per Judicem loci intellige, nam si judex in vita eorum eis tenetur impertire auxilium, aliàs punitur, ut in l. 3. tit. 9. lib. 1. *Ordin.* multò fortius ipsis mortuis judex ad hoc tenebitur.

(2) *El embie a dezir.* Hoc ergo pertinet ad curam Episcopi, ut hic et in dict. authent. *omnes peregrini*, C. *commun. de success.* non tamen ut dixi, reputare absonum, si hoc fiat per judicem sæcularem loci; et facit ad hoc infra eod. l. proxima.

(3) *Pudiesen saber.* Sic etiam fit restituito pauperibus, cum non reperiatur ille, nec hæredes ejus, cui debet restitui; vide per Doct. in cap. *cum tu*, *de usuris*, et in cap. *cum sit*, *de Judais.*

(4) *Obras de piedad.* Non ergò bona peregrinorum, ut vacantia applicabuntur fisco, sed expenduntur in piis causis arbitrio Episcopi, ut hic, et in dict. authent. *omnes peregrini*, et ibi notat Angelus.

LEY XXXII. — Como son tenudos los Apportellados de los Logares, de guardar, e de amparar su derecho, a los Pelegrinos, e a los Romeros.

Todos los Judgadores, e Oficiales de nuestro Señorío, mandamos, que señaladamente sean tenudos, cada vno dellos en su logar, de guardar, e amparar a los Pelegrinos, e los Romeros, que non resciban tuerto, nin daño, en sus personas, nin en sus cosas; e que guarden ellos, e fagan guardar a todos los otros todas estas cosas, en fecho de los Romeros, assi como sobredichas son. E demas desto les mandamos, que si acaesciere, que algunos Romeros, o los herederos dellos, que viniere por razon de sus testamentos, o de sus bienes, ante ellos, que los oyan luego (1), e los libren lo mas ayna, e lo mejor que pudieren, e sopieren, sin escatima, e sin alogamiento. De manera, que su romeria, nin su derecho, non se les embargue por alongança de pleytos escatimosos, nin en otra manera que ser pueda.

LEY XXXII. — Causa peregrinorum, aut eorum successorum super bonis, quæ secum in peregrinatione deferunt, est brevitur determinanda.

(1) *Luego*. Ex hoc verbo, et etiam ex sequentibus, videtur velle ista lex, quod procedatur in his causis peregrinorum summarie, sine strepitu, et figura iudicii, iuxta ea, quae habentur in Clement. *sæpe*, de verbor. signif. et cum dicit *statim*, intellige de exactissima diligentia, et omnibus frustrationibus amputatis; necessarium tamen intervallum inest omnino, quod patet, dum subdit: *lo mas ayua, etc.* l. 2. §. *confestim*, D. ad Tertull. Bald. in l. *nequidquam*, §. *de plano*, col. 2. versic. *quid si sub adverbio statim*, D. de offic. proconsul. Et cum hic subdit, *sin escatima*, videtur idem importare, ac si dixisset, de plano: abbreviabantur ergo dilaciones, et dabitur libellus in modum postæ, ut in dict. Clemen. *sæpe*, Bald. in dict. §. *de plano*, in princ. Et cum dicit, *Sin alongamiento*, est dicere levato velo, ut in l. de *submersis*, C. de naufrag. lib. 11. Bart. in l. *nequid*, col. fin. D. de *incend. ruina, naufrag.* sufficit ergo, si iudex procedat salva iustitia, et æquitale, argumento l. *creditor*, §. fin. D. *mandati*.

TITULO II.

DE COMO DEUEN SER ABIERTOS LOS TESTAMENTOS, QUE SON FECHOS EN ESCRITO EN PORIDAD.

Escriuen algunos omes sus testamentos en poridad (1) de guisa que los testigos que escriuen y sus nombres, non saben que es lo que esta escrito en ellos. Onde, pues que en el titulo ante deste mostramos las maneras de como se deve fazer, queremos aqui dezir, de como deuen ser abiertos, despues que fueren assi fechos, porque los omes a quien fuere mandada alguna cosa en ellos, sepan ciertamente quanto es. E otrosi, que las poridades que son en ellos puestas, sean mejor guardadas. E mostraremos, quien puede mandar que se abra el testamento. E ante quien. E quando puede pedir que lo abran. E en que manera deve ser abierto, e mostrado. E ante quales.

TITULUS II.

QUEMADMODUM TESTAMENTA APERIANTUR.

(1) *En poridad*. Ex hoc videtur, quod iste titulus non procedat nisi in testamento in scriptis: die tamen idem esse in testamento nuncupativo, vel codicillo redacto in scriptis per notarium, Glos. et Bartol. in l. 1. in princ. D. eodem.

LEY I. — Quien puede demandar ante el Juez, que abran el testamento que es escrito en poridad (a).

En poridad, e con escritura seyendo fecho el testamento, pueden aquellos a quien es mandado algo (1) en el, demandar ante el Juez, quel abran, seyendo muerto (2) el que hizo el testamento. Pero el que esto demanda, deve jurar (3) primero, que lo non faze maliciosamente, mas por cuydar (4) que en aquel testamento yaze alguna cosa, que le fue mandada a el, o a aquel por quien lo demanda. Esto es, porquel testamento non pertenece tan solamente a vn ome solo, maguer sea heredero, mas a todos aquellos a quien es mandada alguna cosa en el. E porende, pleyto (5) (b), nin composicion (6), que fiziessen entre si, aquellos que cuydassen auer alguna cosa en el testamento, non deve valer, fasta que sea abierto (7) ante el Juez. Ca non podria ser sabida la verdad ciertamente, de lo que es escrito, e mandado en el testamento, a menos de ser abierto. E porende podria acaescer, que rescibirian algunos engaño, en la composicion que fiziessen ante.

(a) L. 14, tit. 5, lib. 3 del F. R. — L. 5, tit. 18, lib. 40 de la N. R.

(b) Convenio.

LEX I. — Hi, quibus in testamento in scriptis aliquid relinquatur, possunt testamentum petere aperiendum, quia sua interest; et hoc petere debent coram iudice post mortem testatoris, præstito prius juramento, quod non malitiosè, sed credentes sibi aliquid relictum petunt ejus aperturam; nec pactum super relictis in eo factum, valet ante aperturam. Hoc dicit.

(1) *Mandado algo*. Et etiam illi, quibus nihil est relictum, hoc petere possunt, si eorum intersit, utpote si filius sit præteritus, et velit dicere testamentum nullum, secundum Angel. in l. 1. in princ. D. eod. et sufficeret juramentum ad probandum, quod sua interest, ut voluit Gloss. et ibi Bart. in l. 1. in princip. D. eod. Paul. in l. 1. C. eod.

(2) *Seyendo muerto*. Debet igitur priusquam testamentum aperiatur, et publicetur, constare de morte testatoris, ut hic, et in l. 2. §. *si dubitetur*, et l. *pupillares*, D. eod. et si notarius dicat, quod etiam mortuo testatore non debet publicare, quia testator præcepit non ostendi testamentum, nisi certis annis elapsis; die, quod non creditur notario de hoc, nisi aliter de tali commissione appareat, secundum Ang. in dict. §. *si dubitetur*, et adde ad istam legem l. 102 tit. 18. *Partit. 5.*

(3) *Jurar*. Vide l. 5. C. eod.

(4) *Cuydar*. Ex hoc apparet sufficere juramentum absque alia probatione interesse, ut dixi supra.

(5) *Pleyto*. Habes hic expressum, quod sicut non tenet transactio, nisi inspectis et cognitis verbis testamenti, vel codicillorum, sic nec pactum gratuitum; et hoc etiam tenuit Gloss. in l. *de his*, D. *de transact.* et ibi Bart. Bald. Angel. et Alber. contrarium tamen ibi tenuerunt Guilliel. Jacob. de Rave. Rayne. Paul. et Jason.

(6) *Nin composicion*. Id est est transactio, ut in dict. l. *de his*, et in l. *non est ferendus*, D. *de transact.* Quid autem in sententia, an teneat non visis verbis testamenti? Glossa in l. 5. §. 1. D. *de transact.* voluit, quod in sententia non habeant ista locum, per l. *si mater*, in princ. D. *de exception. rei judic.* et tenet Bald. Guilliel. et Jacob. de Arenas in dict. l. *de his*, Bald. in dict. §. 1. Contrarium tamen tenet Paul. de Castr. in dict. l. *de his*, ubi etiam idem tenet Jason., asserens se mirari de Gloss. et Doctor. tenentibus contrarium, cum contra eos sit textus expressus, secundum eum in l. 1. in princ. D. *testam. quemadmod. aperiatur*. ibi: *neque apud iudicem exquiri veritas aliter potest*. Tu tene opinionem Gloss. Bald. et aliorum, in quam etiam inclinat Alberic. in dict. l. *de his*, per textum in dict. l. *si mater*, in princ. daretur tamen restitutio ex clausula generali propter justum errorem, ut declarat ibi Gloss. Bart. et alii; tenet tamen sententia de mero rigore. Et ad dictam l. 1. in princ. quam allegat pro se Jason., et etiam eam allegavit Alberic. respondeo, quod ibi non deciditur, quod non possit proferri sententia non cognitis verbis testamenti, sicut disponitur non posse aliter transigi; sed tantum dicit textus, quod veritas per iudicem aliter inquiri non potest; inter quæ verba longè interest: et pro hoc benè facit ista lex *Partitarum*, quæ tantum annullat pactum, et transactionem initam non inspectis et cognitis verbis testamenti, et nihil de sententia iudicis dicit: alia in ista materia vide per Gloss. et Doctor. in dict. l. *de his*, et per Bart. in l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, 4. 5. et 6. quæst. D. *de verbor. obligat.* et in l. *Scyphi*, D. *de option. legat.* Et an possit renuntiari huic legi cum juramento? Jason. tradit latè in dict. l. *de his*, quod sic; cui adde Decium consil. 345. *visis his, quæ supra*, et Alexand. consil. 11. *viso, ut oportet, etc.* vol. 2. ubi etiam vide, quid si hæres transigat cum debitoribus hæreditariis non viso testamento.

(7) *Abierto*. Aperto ergo testamento, sufficit, quod sciant per relationem notarii, vel testium, seu aliàs certè sciatur, licèt non inspiciantur verba testamenti, secundum Paul. in dict. l. *si de his*, et sufficit, quod in instrumento transactionis partes dicant, quod habuerunt notitiam contentorum in testamento, ut notat Bald. in dict. l. *de his*. Si tamen ex relatione ista perpenderetur error, quia amplius sit in testamento, quam refertur, seu aliter disponitur, quam dicatur à parte, tunc non teneret transactio, ut notat Angel. in dict. l. 1. in princ. D. *quemadmod. testam. aper.* et in l. *qui Romæ*, §. *duo fratres*, D. *de verb. obligat.* et licèt Joan. de Imol. ibi reprehendat Angelum,

tamen Alexand. et Francisc. de Aret. ibi tenent dictum Angeli: et vide Socin. consil. 214. vol. 2. in 2. dubitatione.

LEY II. — Quando pueden pedir que se abra el testamento.

Pedir puede delante el Juez, qualquier de los que dize en la ley ante desta, que abran el testamento, desque fuere finado aquel que lo hizo. E si el testamento fuere en la Villa, o en el Lugar, do lo pidieren, deuelo fazer aduzir el Juez ante si, e abrillo luego, assi como adelante mostraremos. E si fuere a otra parte, develes poner plazo a los que lo touieren, a que lo aduzgan; e desque lo aduxeren, deuelo otrosi abrir. E si por aventura, alguno de los que touiessen el testamento, fuesse rebelde, de manera que lo non quisiessen mostrar por mandado del Juez, deve pechar (1) a aquel, o aquellos que lo demandassen, todo quanto les fuesse mandado en el testamento; e demas el daño, o el menoscabo que les viesse por esta razon, porque gelo non quiso mostrar (a).

(a) Véase la L. 5, tit. 18, lib. 40 de la N. R.

LEX II. — Compellit iudex tenentem testamentum ad ejus editionem, ut aperiatur. Et si in illo loco non est testamentum, assignabit terminum ad portandum; quod si tenens dare nolit, tenetur petentibus ad relicta, et interesse. Hoc dicit.

(1) *Deve pechar*. Adde l. 5. §. *condemnatio*, D. *de tabul. exhibend.* et de legatario furante testamentum vide l. fin. tit. 7. infra ead. *Partit.*

LEY III. — En que manera, e ante quales omes deve ser abierto el testamento, e mostrado (a).

Abierto (1) deve ser el testamento delante del Juez ordinario, e de los testigos que son escritos en el. Pero en ante quel Juez lo mande abrir, deve saber dellos, si es aquel el testamento, en que pusieron sus sellos (b), o fizieron poner; o en que escriuieron sus nombres. E los testigos deuen conocer si son aquellos sus sellos; e si la mayor partida dellos dixeren, que pusieron los sellos en el testamento, deve ser abierto ante ellos, e leydo, maguer todos non se acertassen y. E despues desto, deuelo embiar a aquellos, que non fueron presentes, que conozcan sus sellos, si fuessen dolientes, o personas muy honrradas; o si fuessen en otra tierra; que non pudiessen ser llamados, nin venir sin grand trabajo (2). E si caeciesse, que alguno destes testigos negasse, que non pussiera su sello en el testamento, non lo deuen dexar por esso de abrir; como quier que alguna sospecha sea contra el testamento, por el niego de aquel testigo. E si por ventura el Juez non pudiesse auer los testigos ante quien fue fecho el testamento para abrirlo ante ellos, porque fuessen todos, o la mayor partida dellos, en otra tierra; estonce dezimos, que si el Judgador entendiesse, que podria acaecer algund daño, o algund embargo, por razon que el testamento non se abriesse, ante que aquellos testigos pudiesen venir, que deve fazer venir ante si omes buenos (3), e abrir el testamento ante ellos; e desque fuere abierto, deuelo mandar trasladar, e leer. E de si, deve cerrar el testamento, e mandar, que aquellos omes buenos que pongan sus sellos en el. E en esta guisa se puede abrir el testamento, maguer non este delante ninguno

T. IV.

de los testigos ante quien fue fecho. Pero despues que vinieren los testigos, develes mostrar (4) el testamento, que conozcan los sellos; e si fueren a otra parte, embiarselo alla, segund de suso diximos. E deuen ellos jurar (5), que digan, si es aquel el testamento que ellos sellaron, e onde fueron testigos. E desque aya tomado la jura, deuen fazer trasladar el testamento en su registro (c), e los dichos de los testigos, que dixeron quando juraron; o en essa misma carta, en que esta escrito el testamento, si ouiere y pargamino tanto, en que se pueda escreuir lo que dixeron. E despues desto, deve dar traslado (6) del testamento, a aquellos a quien es algo mandado en el, si gelo demandaren.

(a) L. 14, tit. 5, lib. 3, del F. R. — L. 5, tit. 18, lib. 40 de la N. R.

(b) Hoy sus firmas.

(c) Despues que el testamento llamado escrito ó cerrado es abierto con la formalidad expresa en la ley, se protocoliza en el registro del escribano en papel del sello cuarto, sobre lo cual véanse los artículos 42 y 43 de la R. O. de 16 de febrero de 1824, acerca del uso del papel sellado, expresos en nuestra nota 1.ª á la L. 12, tit. 1 de esta Partida.

LEX III. — Aperiri debet testamentum testibus juratis, sua sigilla, et subscriptiones cognoscentibus: et iudex ordinarius aperit illud, et dat copiam illis, quorum interest: sed si omnes testes non sint presentes, hoc fiat coram majori parte; et etiam coram minori, si iudex viderit, quod est necesse, quod aperiatur; et hoc faciat coram hominibus probis; et postea mittat testibus testamentum, si sunt infirmi, vel personæ egregiæ, aut absentes, ut subscriptiones et sigilla cognoscant: et negotio alicujus de testibus non impedit aperturam, licèt reddat testamentum suspectum. Hoc dicit.

(1) *Abierto*. De forma publicationis testamenti, ultra istam legem et sequentem, vide Specul. tit. *de instrum. edit.* §. *ostenso*, col. penult.

(2) *Sin grand trabajo*. Seu sine magno incommodo, ut in l. *sed si quis*, et ibi Bart. post Gloss. D. eod. non enim debet officium suum sibi esse damnosum, ut ibi habetur.

(3) *Ante si omes buenos*. L. *sed si quis*, de qua ista sumpta est, dicit *optimæ opinionis viris*, ubi Joan. de Imol. notat, quod non sufficit aperturam fieri coram viris bonæ opinionis, si alii essent optimæ opinionis: et ideo dicit, quod cautum est, ut notarius in instrumento attestetur de hoc; quia licèt quis præsumatur bonus, non tamen præsumitur optimus, seu non reperitur, quod de jure præsumatur optimus; stante verò ista lege, clarum est, quod sufficerent testes, seu viri bonæ opinionis, prout à jure præsumuntur, ut tradit Bart. in authent. *de testib.* §. 1. collat. 7. et facit ista lex ad ea, quæ tradit Angel. et etiam Joan. de Imol. in l. 1. §. fin. D. *quemadmod. testam. aperiatur*. an si per statutum requirantur testes optimæ opinionis, debeat probari, quod sint tales; nam ex hac lege videtur, quod ex quo sunt boni, reputentur optimæ opinionis; quod etiam voluerunt Joan. de Ligna. et Francisc. Rampon prout refert Joan. de Imol. in dict. §. fin. col. 4. ad fin. licèt ipse post Angel. vult contrarium.

(4) *Develes mostrar*. Quando testamentum in scriptis fit sine tabellione, debent ista servari; si verò fiat cum tabellione, prout communiter hodie fiunt in istis regnis, maxime post l. 5. *Tauri*, ista non requiruntur, cum propter auctoritatem tabellionis ipsa scriptura sit publica, et fidem faciat, prout voluit glossa notabilis, quæ communiter approbatur in l. 2. in princip. in verbo *publicum*, D. *testam. quemadmod. aperiatur*. tenet etiam Glos. in l. quæstionem, in verbo *ostenditur*, C. *de fideicommiss.* Bald. in l. *hac consultissima*, ad fin. C. *qui testam. facer. poss.* et in l. 1. ad fin. C. *de testam.* et in l. *omnium*, eod. tit. et qualiter debeat tabellio conficere instrumentum publicationis, et de ejus forma, vide Joan. Imol. in dict. l. 2. in princ. et hoc nota, quia errant aliqui, qui talia instrumenta facta coram tabellione faciunt coram iudice publicari, ut aliquando vidi, nam non est necessarium; et adde Angel. in dict. l. 1. et 2. C. *de testam.*

(5) *Deuen ellos jurar*. Habes hic, quod etiam in causis summariis